Kiersnowo **Quietatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Wranscen. personaliter comparentes Nobiles
Joannes olim Valentini Zawadskij et Nobilis Anna Zawadska consors eiusdem Joannis Zawa:
dzki ipsa quidem Anna cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis assa et authoritate sani mente
et corpore existen. palam publice ac libere recognouerunt. Quia sibi Nobiles Dmiet olim Laurentij
Kiersnowskij et Nobilis Cristina Kiersnowska consors eiusd. de obligatione Terrae immobilis in bonis
Kiersnowo sita sibi recognoscen. per eosdem in Quadraginta Sexagenar. Polon. coram actis
autenticis inscripta ad Rationem eiusdem summae Viginti Tres sexagenas Polon. persoluerunt
et eos ipsos acceptis Viginti Tribus Sexagenis quietat et de domo ac area, Tribusque Sulcis in
Campo cum seminatura hyemali exnunc condescendit. respectu vero residuitatis sum:
mae et bonorum saluam inscriptionem sibi reseruant.

Zochowskiey **Reformatio:**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Wranscen. ptr comparens Nobilis Christophorus
filius Nobilis Alberti Chlodo de Krasowo et Chlody haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognouit. Quia Nobili Cristinae filiae Nobilis Mathiae Tyszka Zochowskij Coniugi suae legi:
timae. Ratione verae dotis post eam acceptae et in Bona sua importatae in medietate omnium et
singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Chlodij et Krasowo consisten.
paternorum maternorum haereditariorum obligatoriorum et aliquouis modo ac iure titulo con:
cernentium nunc habitorum et in post Fauente diuina clementia habendorum et acquiren:
dorum Summam Octuaginta Sexagen. Polon. dotis, et aliam summam decem floren. polon.
addotalicij, inscribit, reformat dotaliciat addotaliciatque more aliorum dotalitiorum
et Reformationum hoc in regno Poloniae obseruari solitorum. Personali sua recogni:
tione ingrossata mediante. Quam quidem inscriptionem ibidem personaliter stans No:
bilis Albertus Chlodo super eam consentiendo approbauit proratamque et grata habere
declarauit

Kostrij Litwa Noski. **Demissio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Wranscen. personaliter Comparens Nobilis
Mathias ol. Joannis Tyszka Zochowskij sanus mente et corpore existens palam publice ac libere
recognouit. Quia Nobili Christophero Chlodo genero suo et eius successoribus obligationem primam Terrae
immobilis in bonis Kostrij Litwa sitae sibi recognitae per Nobilem Mathiam olim Leonardi Kostro
in Quinquaginta floren. polon. coram actis autenticis inscriptae et aliam obligationem in bo:
nis Kostrij Noski sitae sibi etiam recognoscen. per Nobilem Jacobum olim Pauli Kostro coram
actis Castris autenticis inscriptae in Decem Sexagen. polon. Cum omnimoda potestate
earundem inscriptionum separati intuitus, tuitione euictione, ligamentis in origina:
libus inscriptionibus contentis demittit et de bonis condescendit. Omneque et integrum
ius suum sibi adpraemissa seruiens in personam eius plenarie transfert et trans:
fundit. Intromissionem illo exnunc officere acceptand. dat et admittit.

Zochi Kostrij **Abrenuntiatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Wranscen. personaliter Comparens
Nobilis Cristina filia ol. Mathiae Tyszka Zochowskij consors Nobilis Christopheri Chlodo

Cum eiusdem

Cum eiusdem mariti sui tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo Sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilem Mathiam Tyszka Podlowski Parentem suum de solutione dotis ipsam de bonis Zochi Kotry et alijs eo spectantibus paternis et maternis legitime concernentibus tum et paraphernalibus, ob satisfactionem quietat et liberum facit bonisque omnibus paternis et maternis abrenunciat perpetuis temporibus.

Olędzki — Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransczen. personaliter comparens Nobilis Andreas olim Stanislai Olędzki Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilem Albertum filium Floriani Olędzki de solutione Quatuordecem Florenorum Polonicorum debiti coram Actis autenticis inscripti ob satisfactionem plenariam et persolutionem quietat emittit et liberum facit inscriptionem eiusmodi cassat annihilat perpetuo et in toto.

Roszki Włodki — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransczen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Valentini Roszkowski de Włodki Roszki Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobiles Adamum olim Francisci Roszko de Causa et actione ipsi Ratione non solutionis Stipendiorum et expensarum pro expeditione bellica ex bonis Roszki Wolski Włodki per ipsum a Nobilibus Gregorio et Joanne Woinowski et alijs personis quibusuis non solutionis nec restitutionis ad Judicium Capturale Terrae Bielscen. inspecta, ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit processum totum cum eius effectu cassat perpetuis temporibus

Pietrzykowo Wyszki — Donatio.

Coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Bransczen. personaliter comparens Nobilis Petrus olim Joannis Pietrzykowski de Pietrzykowo Wyszki pars Sanus mente et corpore existens palam publice Verbisque per expressis recognouit. Quia Nobili Benedicto filio olim Stanislai Pietrzykowski et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Pietrzykowo Wyszki Consistentem aream quatuor Sulcorum incipien. a granicie Pietrzykowska [illegible] per plateam vsque ad Viam qua de Szumki ad Bielsk itur protenden. inter metas filiis Jacobi Pietrzykowski et Successorum olim Mathiae Pietrzykowski iacen. cum horto pomario atque aedificijs Stuba nigra, et atrio, sibi diuisione ab olim fratre suo cessis et cum vtilitatibus, fructibus, attinentijs et pertinentijs, nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate stulogii haereditario pura mera Syncera et irreuocabili donatione perpetuis temporibus dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. Cui intromissionem iam exnunc realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et literas dicti officij accipiendam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem euictionem omnimodam occasione praemissorum, ab omni impedimento iuridico et iniuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum toties quoties opus et necessarium fuerit expost tum a filijs fratris suis per et vltra omnes personas Inscriptus cauet et se de omnibus bonis suis cum posteris suis inscribit Sub damnis Inscriptis simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio praesenti in primo locationis Termino peremptorio responsione ac satisfactione. Officio intimationi sum iuris remedijs et defensis se omnibus abscindendo et abrenunciando.